Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

Herculis victoriae.

Cicero in oroe pro M. marcello.

ditum: qui sui ipse uicisse mancipatus: & mares & feminas contra dei
leges infamia flagitio dedecore affecit: Sed ne illa quidem: que magna &
mirabilia gessit: talia iudicanda sunt: ut uirtutibus dimis tribuenda ui
deantur: Quid h. tam magnificum: si leonem aprumq: superauit: si aues
deiecit sagittis: si regum stabulum egessit: si uirginem uicit: cingulumq: de
traxit: si equos ferocis cum domino interemit: Opera sunt isti fortis uiri:
hominis tamen: Illa h. que uicit fragilia & mortalia sunt fuerunt: Nulla
h. est: quod aut orator tanta uis: que non ferro ac uiribus debilitari frangiq:
possit. At animum uincere. iracundiam cohibere: fortissimum est: que ille nec
fecit unq. nec potuit: Hec qui facit: non modo ego eum cum summis uiris
compo: sed similimum deo iudico: Vellem adiecisset: De libidine. luxuria.
cupiditate. insolentia: ut uirtutem eius impleret. que deo similem iudica
bat: Non h. fortior putandus est: qui leonem: q̃ qui uidentiam & in se
ipso indusam feram superauit iracundiam: aut qui rapacissimas uolucres
deiecit: q̃ qui cupiditates auidissimas coercet. aut qui amazonem bellatricem.
q̃ qui libidinem uincit pudoris ac famae debellatricem: aut qui finium de
stabulo: q̃ qui uicia de corde suo egerit: que magis sunt pnicioſa: quia dom
estica & propria mala sunt. q̃ illa: que & uitari poterant & cauiri: Ex q̃
fit. ut ille solus uir fortis debeat iudicari: qui temperans & moderatus est. & iu
stus: Qui si cogitet aliquis: que sint dei opera. iam hec omnia: que mirant
homines ineptissimi: ridicula iudicabit: Illa h. non diuinis uirtutibus
quasi ignorant: sed infirmitate suarum uirtutum metuuntur. Nam illud q̃d
nemo negauit: Herculem non Euryscheo tantum seruisse regi: quod aliq̃
tenus honestum iuideri potest: sed & impudice mulieri omphale: quae il
lum uestibus suis indutum sedere ad pedes suos iubebat pensa facientem:
Detestabilis turpitudo. sed tamen erat voluptas: Quid tu inquiet aliquis:
Poetis ne credendum putas: Quid in patrem: Non illa luculius narrat:
aut lucianus: qui dis & hominibus non pepcit: sed hi potissimum: qui
deorum laudes canebant: Quibus igitur credemus: si fidem laudan
tibus non habemus: Quibus mentiri putat: proferat alios: quibus credamus
auctores: qui nos doceant: qui sint isti dii: quo: Vnde orti: quae sit uis eorum
qui nati: quae potestas: quid in his admirabile: quid cultu dignum: quod
denique certus ueriusque misterium: Nullus dabit. Credamus igitur istis:
qui non ut reprehenderent: sunt locuti: sed ut predicarent: Hanc uitem
go cum argonautis. expugnauitque troiam. iratus laomedonti ob ne
gatam sibi pro filiae salute mercedem: Vnde quo tempore appari & idem
furore atque insania pertus uxorem suam cum liberis interemit. Hunc

iuiloma

memitur